


Scimus est. 8.



N.B. La data vera è 1627 i questa qui esibita
del MDCLVI fu alterata dal
tipografo o dal libraio e si vedono le tracce dell'adulterazione
P.A Saccardo

De Glance. Cap. LVI.

Glo locis maritimis palustribus iuxta Clodium Venerorum urbem, nascitur planta elegans fruticosa ab una radice longa, tenui, lignosa, in aliquot alias diuisa plures ramulos caulescē ferrens scilicet ternos, aut quinos longos dodrantales, & ampliores, graciles sursum in aere obliquē aētos, folijs æqualibus ferè interuallis raris simul ab eodem exortū quinis, vestitos, stellarum modo cytiso similibus sed longioribus, & tenuioribus superne virentibus, infernē candidis non absque leui quadam lanugine candida. Ramuli vero hinc inde raro interuallo plures tenues & breves surculos promunt ijsdem folijs sed dēsuis vestitos, in quorum cacuminibus flores simul ab eodem exortū quaterni aut quini, aut terni quasi symbellæ modo simul congesti ad coluteæ (scorpioides Creticæ, & magnitudine, & figura, & colore albicante in carneum inclinante, à quibus techæ breues rotundæ paruae succedunt tria, quatuor, aut quinque, continentes semina minuta, rotunda, dura, insipida, ad subdulce inclinantia, dubitari vero posset à nobis de caulium altitudine quando Dioscorides dixerit esse dodrantales, & nostra glauces sint longè altiores adeò ut aliquando altitudine & cubitali, & amplius attollantur. Verum putamus id posse ex soli varietate prouenire ut in nostro glauche in horo olim à me inserto, vidimus primis annis ex terra dura macta, paruissimam habuisse magnitudinem, sed posterius istanc plantam adoleuisse fuit obseruatum. Folia & flores non sunt expertes alicuius caliditatis, & odoris. Atq. haec est istius plantæ historia ex qua multis in plantarum studio exercitatis haud absurdum videbitur, si eam glaucem vel ad ipsam glaucem maxime accedere dixerimus. Melchior Guilandinus, præceptor meus numquaque sati laudatus etiam hanc plantam hoc nomine vocabat. Dioscorides etiam hanc plantam pro glauche hisce verbis descripsisse maxime visus est, inquit enim Glaux cytiso aut lenticula folijs similis, quæ superne virent auersaque candiora spectantur. Ramuli exiliunt quini, seniue, tenues ab radices.

dice dodrantem alti, flores violæ albæ purpurei exeunt, minores tamen. Nascitur iuxta mare, coquitur cum hordeacea farina sale, & oleo in sorbitione ad reuocandam extinti lactis vbertatem, Galenus propterea hanc plantam esse cālidam, & humidam statuit. An vero nostra glaux hanc facultatem latetis augendi habeat, nondum experti sumus.

